



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXXVIII. Bischof Albert von Halberstadt nimmt das Domstift Stendal in  
seinen Schutz, am 3. April und 26. Mai 1338.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

vestros vniuersos omnimode et libere transferendo, tali tamen condicione interposita vel adiecta, Quod nos heredes et successores nostri habebimus et habebunt sine omni vestra contradictione et opposicione singulas et vniuersas prelaturas, dignitates et prebendas dieti uestri collegii qualitercunque nominatas, decanatu vero sub condicione prout sequitur duntaxat excepto, sue vacationis tempore conferendi de de manu personis ydoneis porrigendi perpetue plenariam et liberam facultatem. Annimus eciam vobis ex beneficio fauoris singularis, Quod cum decanatus ecclesie vestre vacauerit, quod vniformiter vel major et sanior pars ex vobis sub iuramento super eo presuito de persona discrecioni et competenciori ecclesie infra quindenem spacium videre ad nostramque presenciam deferre valeatis. Ex tunc cognita ipsius discrecione ad ipsam dignitatem decanatus cum sollempnitatibus consuetis et debitis, si que adhibende sunt, personam ad nos per vos delatam tenemur et volumus presentare. Quod si infra dictam quindenam per vos non fieret, tunc sine vestri contradictione vobis personam ydoneam ad dictum decanatum, cui obedienciam, vt moris est, facere debebitis, debemus et potuerimus pro nostre voluntatis beneplacito presentare, Transferentes eciam omnia superius expressa ad nos spectancia in nostros heredes et successores ad ipsos volumus deriuari. In cuius etc. Testes frater henricus de Zeypplingen, dominus Jo. de buch, henricus de Ryfchach, beringerus heylo, bombrecht pineerna, cum ceteris datum frankinuurth, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, in die conuersionis sancti pauli.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. LXVIII.

**CXXVIII.** Bischof Albert von Halberstadt nimmt das Domstift Stendal in seinen Schutz, am 3. April und 26. Mai 1338.

Nos Albertus, dei gratia halberstadenſis ecclesie Episcopus, Notum facimus, — quod in nostra presentia constituti honorabiles viri Conradus prepositus et fredericus decanus Ecclesie Stendalgenſis, nomine suo et ecclesie Sue, quedam priuilegia exemptionum et libertatum per felicis recordationis Clementem, Celestinum, Honorium et alium Clementem quondam Romanos pontifices ipsis et Ecclesie sue necnon omnibus Ecclesiis suis in opido Stendalgenſi de gratia Speciali concessa produxerunt et legi fecerunt humiliter supplicantes, Quatenus ipsos clericos et Ecclesias suas in Iuribus libertatibus atque exemptionibus suis secundum formam dictorum priuilegiorum ob reuerentiam Sedis apostolice dignaremur benigniter conseruare ac tueri. Unde visis et examinatis diligenter eisdem in singulis suis Capitulis, dictorum dominorum Supplicationibus iustis inclinatis, prefata priuilegia iuxta suas tenores atque formas promittimus fideliter obseruare dictosque dominos et Ecclesias suas in singulis suis libertatibus, iuribus et exemptionibus diligentius conseruare et ab ipsorum injuriatoribus et inuasiuibus iuxta posse nostrum auctoritate nostra ordinaria per censuram Ecclesiasticam aut quouis alio modo, dum requisiti fuerimus ab eisdem dominis Canonicis ecclesie stendalgenſis, liberaliter defendere ac conseruare, diuine remunerationis intuitu et prefate Sedis ob respectum, cui in singulis obsequi volumus, vt tenemur, suisque sacris iussionibus, beneplacitis et statutis humiliter obedire. Datum langenstejn, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. octauo, In crastino beati vrbani pape et martiris.

Ein zweites in demselben Archive befindliches Original stimmt bis auf die Schlußworte: In crastino Beati vrbani Episcopi et martiris wörtlich überein. Der Tag Vrbani Episcopi war der 2. April.